



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo
Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Capvt IV. Quinque aliæ adducuntur rationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

qui per virtutem Fidei, tam familiariter & amicè ad Dei, & divinorum secretorum conclave admittitur, & ipsiusmē divini luminis splendore illustratur! Sicut tamen magis lumen Solis, minus candelæ lumen obfuscatur, ita irradiante in animam isto Divinitatis Sole, obfuscari necesse est, & deperdi naturale intellectus lumen, ut suis deinceps nequam niti principis possit, nulla tamen facta ei injuria, cum potius ad maximam, quam in hac vita contequi potest, sublimetur dignitatem.

Quæ jam diximus, apta hac similitudine ad oculum quasi declarati possunt. Ferrum metallum est terrestre, nigrum, obcurum, deforme, frigidum, durum, nulliusque activitas, sed ignis impositum, in eundem vicem adeo transformatur, ut licet naturam suam non deperdat, in reliquiam omnibus non aliud appareat quānigissimum jam enim obcurum amplius, aut nigrum: sed totum lucidum est & splendidum, jam frigus eius, & impotentiam, maxima caloris vis & activitas expulerunt, & quod erat durissimum, factum est molle, & in variis transformabile figuris; sicut ergo per istam ignis communicationem, & sui quasi transformationem egreditur admodum qualitatibus, effectibus, & proprietatibus ferrum nobilitatur, ita & de divina hominis cum Deo, per fidem, spem, charitatem unitio, & divinatum perfectionum participatio, modo paulò superius declarato, ratiocinandum erit.

Non tamen prætereundus est hic excellens, qui ex prædictis sequuntur, divina fidei effectus, singularis videlicet & mirabilis anime purificatio; de qua loquitur S. Petrus Act. 15. dum dicitur, *Fide purificans corda carorum: nam cum intellectus noster naturaliter ruditus sit, & inferioribus his tenaciter affixus, cum subtilis, & expugnat, ut modo intelligendi purissimo & divino, altissima luce coruscet, & profundissima arcana penetret: unde ulterius colligere licet, quanta homini accedit dignitas ex illa, quam à DEO accepit, obligatione credendi, ea, ad quæ intellectu pertingere non potest, sicut etiam ex illa, quam habet amiochi Deum tanquam finem supernaturalem; ad quam tamen vites naturales non sufficiunt; nam confequenter obligat se, si ita dicere possimus, etiam Deus, tuum et communicare, & infundere sapientiam, magisq[ue] sublimem sui, sutorumque mysteriorum arcanitate Theologica. Fidei virtute notitiam: unde profecto magis creature rationali honor & nobilitas promanat.*

CAPUT IV.

Quinque aliae adducuntur rationes.

Alias præterea rationes confidatione dignas subiungemus.

RATIO I. §. I.

Si intellectu nostro cognoscimus, aliquem SODIUM esse, cumque infinita sapientia & potentia prædictum, incomprehensibilem, & intelligibilem, necessariò etiam fagi debemus, arena ipsius mysteria, ut ipso digna sint, incomprehensibilia quoque esse debere; ut ergo inintelligibilem Deum homo intelligere posset,

Thom. à Iesu Opera Tom. 2.

necessaria fuit alia, & excellentioris ordinis cognitionis, quæ intellectum altiori supernaturalis lumini claritate super omnem naturalem cognitionem, ad eum qui omnem naturam infinitè superat, elevaret: nequit enim divinitas Maje- statis incomprehensibilis alter, quæ arcu- nissimis, quæ à nobis intelligi non possint, operibus manifestari, nec sine divina lucis participa- tionis cognosci.

Quanta ergo dulcitia est, velle intellectus sui vilitate comprehendere & mensurare illimitata & incircumscripsum Dei naturam, omnipotentiam & sapientiam, & opera infinitæ magnitudinis D E I ad paciavitatis humane appendere stataram? Audiant quælo, qui tanta delirant dementiæ cœcitate, S. Augustinum dicentes: Si intelligerem judicia profunda & secreta Dei, non esset D E U S quod est: Quomodo enim verè Deus esset, si eum intellectu nostro comprehendenderemus, & quām limitata essent ejus opera, si non posset facere supra quām possimus intelligere, & quām tenuis sapientia, quæ scientie nostræ circumferberetur angustus?

Quām optimè ergo hīc exclamare possumus cum Tertulliano: *Cedat curiositas fidei, cedat gloria, humana felicitas sapientia, salutis Agnoscere enim debemus imbecillitatem & ignorantiam nostram, quæ tantum abeat, ut supernaturalia Dei opera valeat penetrare, ut etiam acutissima quaque ingenii retum natura- lium efficaciam in uitigare non possint. Sapientissimus erat Salomon, & ramen de scipio Ecclasiast. 8. refutat: Et intellexi, quād omnium Eccl. 8. operum Dei nullus posse homo inventire rationem eorum que sunt sub sole: & quād plus labora- verit ad quarendum, tantid minus inventat: et iensi dixerit sapiens se nosse, non poteris reperi- re, & quomodo ascenderet volumus & scrutari supernaturalia divina omnipotentia arcana? Summa igitur erit sapientia, nostram propter insipientiam, ut sub divina omnipotenti & in- finita sapientia captivantes intellectum nostrum, sequamur consilii Ecclesiast. 3. *Altivare ne qua- fieru, & fortiorare, ne scrutatu fueris: sed que præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus, ne fueris curiosus.* Et ad divina mysteria cernenda clavis rationis humanæ lu- minibus, losos aperiamus oculos fidei in ob- quiū JESU Christi redactos.*

RATIO II. §. 2.

Volut præterea, isto modo testam relin- quere magnitudinem, potentiam, & sapientiam suam; quis enim attente considerans fidem no- stram, ex una parte mysteria tam sublima & in- cognita credenda proponere, exalat autem, tam distictè præcipere, appetitum osannæ relin- cantia, & nihilominus, quod unus Iesus Christus pauper, & nudus, & cruci ignominiosissime affixus per viles, pauperculos, rudes, & indectos piseatores subjecerit sibi sceptra & coronas imperatorum, & Regum, fabulissima captivans Philophorum ingenia, idololatriam prostra- verit, convertit universum mundum, & in- veteratas mutantur universatum gentium consuetu- dinis, non statim cum Centurione exclamat, Verè filius Dei erat iste!

Quisnam dominum aiiorum ambiens, ut eos sibi reddat ita sponte subiectos, incognita pla- ne præcipiet credenda, & ad mandatorum, quæ-

P R A X I S

omnino gustui, inclinationi, & consuetudini contraria sunt, observationem cogit? Ad hæc infuper persuadenda eliget magistros ignaros, rudes, & despectos. Nemo procul dubio, tale quid præsumere audebit: sed eis præsumpetur, quodnam aliud videbit desideriorum, & machinacionum suarum complementum, quam rism & cachinnum? quidve obtinebit aliud, quam confusione & fumum? Quæ enim vires humanae sufficiunt ad tantos, tamque sublimes fines, mediis tam imbecillis, inò contrariis, alegundos? Soli hoc reveratum est sapientia divina, quæ ea concipere, sibi potentia, quæ ea valeat, prout voluerit, solo nutu completere, & gloriofissimo fine, quidquid aggredi statuerit colummata, ut tam stupenda tanti operis executio nos in admirationem rapiens, non creata sed divine se virtutis esse demonstrat, ac infinitæ sapientie & potentie Dei sigillo consignata.

Quod si Deus pro admirabilibus fidei sua effectis, Sapientes elegisset Græcia, armaque & exercitum Alexandri, proculdubio & horum armis, & illorum industræ, & subtilitate, mundi adscriberemus conversionem: nunc autem dominuit mundum, non ferro, sed ligno: *Quia non multi Sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed qua fluit a sensu mundi elegit Deus, ut confundat Sapientes; & infirmi mundi elegit Deus, ut confundat fortia:* quod enim in Deo apparuit stultitia, & infirmitas, supra modum in sublimitate incomprehensibilem Dei sapientiam, & omnipotentiam manifestissime depraedicat.

TERTIA RATIO. §. 3.

Rom. 1. Majorera meriti occasionem præbere nobis voluit Deus, dum ad ea, quæ supra nos sunt credenda, subiectives intellectum nostrum, majori cumularemur gratia, & sublimiori digni rediderem gloria, & multo certè præstamus amplius, fide intellectum nostrum refrentario, & firmiter Deo omnibusque ab ipso revelatis assentiendo; quam aut spes in eum sperando, aut charitate amando: tota enim arduitas & difficultas in recta Dei notitia consistit. Atque hæc est urbana & grata fidei reverentia, quæ lemel firmiter animo concepta, & mente in vera omnipotente divina, & infinite bonitatis cognitione radicata, quid magnum est in Deum sperare & eum amare? ad quod alludens, S. Paulus Apostolus, deis merito conqueritur, *Qui cùm Deum cognovissent, non sicut DEUS glorificaverunt.*

Similitudo huic rei admodum quadrat. Si Rex quidam habitu mutato in ipsis noctis tenebris ad suam adventaret arcem, tota Præpoliti arcis in exhibitione reverentia ipsi debita difficultas ex sola regiae personæ cognitione dependet: mox enim, ubi Regem recognoverit, nequamquam amplius cunctabitur claves, arcemque in eius potestate tradere, & venerabundo honoris cultu beneficia sperare, & tanquam Regem suum adorare.

RATIO IV. §. 4.

Deinde, quid magni est obligari nos ad sublimia credenda, cum sublimem quoque DEUS nobis infuderit fidei lucem, quæ ad alta patiter elevamur, & ad arcana Dei cognoscenda fortissime & stauissime inclinamur? Ubi certè cernere

& admirari licet singularem divinæ providentiaz erga miseros mortales curam: noverat quippe Deus figuratum nostrum, & quod facile quidem iis, quæ ratio naturalis dicit, assentimus, non perinde autem, sed maxima cum difficultate iis, quæ vim intellectus nostri superant, dum ita, tam impossibile judicamus, quod cerebro nostro comprehendere non possumus; unde, quoquot fuerint, aut sunt, originem sumptem heres, quia nimis multi, & maximè, qui sapientes subvidentur, amplius, quam par est, suo iudicio attribuunt, usque adeò, ut nolentes cum humilitate intelligere, nisi quod suo capiunt ingenio, obstinati, & pertinaces in errorum suorum tenebris, & cœcitate permaneant. Divina igitur sapientia signavit super nos lumen vultus sui, & habuit fidem nobis in Sacramenta Baptismatis infuso, intellectum nostrum ad firmiter & magna cum integritate articulis Fidei credendum inclinat, subiungens insuper, & dirigens pedes nostros in certa, & secura ab omnibus erroribus, dubiis, & opinionibus, libera veritatis via, ut eam constantes & intrepidi cum famâ Christi Domini martyris animosè curramus.

RATIO V. §. 5.

Ultimè, non possumus in hac mortali vita sine aliqua saltem fidei luce degere, nec est facta aut religio, quæ non aliqua credit, & praesupponit, neque visi, neque intellecta. Interrogamus Iudeum, Gentilem, aut Saracenum, quid de Deo cedat? & dicet eum esse eternum, immensum, sine principio, &c. Si ultius interroges quodammodo, aut qualiter iste DEUS sit eternus, & sine principio, suam necessariam faci debet ignorari, cum Dei æternitas & immensitas, nec verbis explicari, nec cogitatione possit intelligi. Augustinus, hac consideratione motus, paulatim ad fidem Christianam commoveri caput, ut de scribit 1.6. confess. 4. miserabilem animam sue sit, angl. tam, ante suscepit fidei splendorum explicans, angl. subsequentibus verbis: *Sicut eventu afflito anima sua, sicut Medium expertus, etiam bono timese committere: ita erat valerudo anima mea, que, unquam credendo sanari non poterat. Ac postea edam lib. 6. §. subiungit: Sed tu Domine mea misericordissima & mitissima per traxisti & componesti meum; considerans, quam innumerabilia credem, que non viderem, neque cum gererentur, absens, sicut tam multa in historia Gentium, tam multa in locis, atque urbis, que non videram, tam multa medicis, tam multa hominibus alijs, que nisi crederentur, omnia in hac vitam nihil ageremus.* Postrem, quam inconcessibile fixum retinerem, de quibus parentibus ortus esset, quod scire non possem, nisi audiendo credidisset, persuasihi mibi, non qui credenter libris suis, quæ sunt in omnibus seru Gentibus authoritate fundati, sed qui non credenter, esse culpantes. Ideoque cum essemus infirmi ad inventandam liquida ratione revertitatem, & ob hoc nobis opus esset autoritate sanctorum literarum, jam credere coeparam nolamida te suisse tributurum tam excellentem illi Scripturam per omnes jam terras autoritatem; nisi & per ipsam tibi credi, & per ipsam te queri voluisse. Hoc igitur S. Augustinus.

Praeterquam autem, quod omni omnino sit, & commune sit, supra omnem rationem credere, hoc privilegium habemus Christiani, quod non leviter, aut gratis, sed optimis testimonij, quibus evidenter credibilis facta sunt nimis, fiducia

fidei nostræ mysteria credamus: nequam enim inter se pugnant, ut supra omnem rationem sint, & nihilominus maxime rationi conforme sit, illis assentiri, cum præcipue evidētibus miraculis coacte, eæc approbara.

Institutio procul dubio in JESUM CHRISTUM credendi causa ijs erat, qui ob refutatio-
nem Lazari fidem amplexi sunt, tum etiam Nicodemum tota miracula in certam deducebant veri-
tatis cognitionem: nemo, inquit, potest habere signa sa-
cra, quæ tu factis, nisi fuerit DEUS cum eo. Cūm
enim miracula solius DEI sint, quando in testi-
monium veritatis adhibentur, DEUS ipse illius
testis est, cuius testimonium est infallibile.

Nunc vero fides & religio Christiana tanto
tubique miraculorum imbre est certificata, tam a-
peritis manifestarum propheticarum, & vaticiniorum,
verificationibus, & adimplectionibus appro-
bata, innumerabilis in martyrum sanguine config-
nata, & diffusorum ac lancearum virorum
testimonis confirmata, ut meritò exclamare pos-
sit Richardus à S. Victore, utinam attenderent lu-
bit, 1. de dei, utinam animadverterent pagani, cum quanta

Richard.
Trin. 6.2 conscientia securitate pro hac parte ad diuinum judi-
cium poterimus accederet, nonne cum omni confiden-
tia DEO dicere poterimus, Domine si error est à te ip-
so decepti sumus? nam ista in nobis tantæ signis &
prodigiis confirmata sunt & talibus, quæ non nisi per
te fieri possunt. Ceterè à summa sanctitatis viris sum-
nobis tradita, & cum summa & authenticâ attestati-
one probata, eijscooperante & sermonem conser-
vante sequentibus signis: hinc iustis, quod perficere
fideles paratores sint mori pro fide, quam fidem abne-
gare nihil enim proculdubio firmis tenetur, quam
quod constanti fidei apprehenditur.

Quis igitur non videat Christiana fidei dog-
mata non levitatem, aut nimis fidem facilitatem, sed
gravissimam & solidissimam nisi fundamentis. Vnde
quam optimè docent Theologi, veritatem myste-
riorum nostræ Religionis oblicuam esse, & ine-
videnter, cum fides sit non apparentium, sed
quod nihilominus illa esse credenda evidens sit &
clarissimum.

CAPVT V.

Quam magna sit fidei infallibilitas
& certitudo.

FIDES non solum certissima est, & infallibilis,
sed omnem certitudinem & infallibilitatem,
quæ possibilis est, in se continet; fidei enim certi-
tudo non vulgaris est, sed quia DEUS, qui nec
nulla nec fallere potest, ita dixit, in ipsam divina
authoritate fundatur: unde S. Augustinus lib. de
utilitate creditum cap. 1.2. Quod intellectus, in-
quit, debemus ratione, quod creditus auctoritatib.
Eccl. S. Paulus ad Galat. 1. Notum enim vobis facio,
fratres Evangelium, quod evangelizatum est a me,
quia non secundum hominem, neque enim ego ab ho-
mine accepisti illud, neq; didici, sed per revelationem
IESV Christi, &c. & iterum ad Thessalonicenses:
Cum accepistis a nobis verbum auditus Dei, accep-
pistis illud non ut verbum hominis, sed ut verè erat
verbum DEI. unde tanta in fidei veritatis insuffit
certitudo, ut tanta certæ & infallibilis sint, quam
ipse est DEUS.

Quod divinæ opus providentia convenienti-
sum est, ut fundamentum tonus vice Christia-
nae, quod fides est, inconcussum; & immobile per-
severaret, sive infallibilitatis soliditatem à prin-

cipio per essentiam immutabili, & infallibili, id est
à prima veritate munaretur. Atque ideo S. Hebr. 11.
Paulus ad Hebr. 11, fidem definit: Argumentum
non apparentium, fortissimum videlicet, & intelle-
ctum convincens, & manibus, pedibusque quasi
terreni luminis fidei catena compeditis, sub DEI
veritate captivans.

Quis hic admirabilem divinæ providentiae a-
bysum deprædicare sufficit? quod in incerta ita
incerta hujus vite navigatione, tam certò nobis
lumen voluerit prælucere? nemis enim patet, quid
possit absque eo intellectus nofer, nisi profundissi-
mis se peccatorum tenebris, lectis ab omnibus
infamibus, antequam Evangelium mundo ille-
ceceret, idolatria cultibus, & absurdissimis circa
finem ultimum erroribus tele turpiter involvere.
Sed Lucerna DEI in caliginosè, incens loco tene-
bras eliminat, errorum, manifestè demonstrans,
quid amplectendum, quidve abominandum, &
qua honoris servitute DEUS sit colendus.

Majorem esse fiduci certitudinem quam sensum
exteriorum. §. 1.

Ex tanta infallibilitate major procedit in cro-
dendo firmitas, quam si corporeis cerneremus o-
culis, aut manus palparem, unde S. Petrus spec-
ulator factus praeclaræ Christi Domini transfigura-
tionis, quod viderat, quæ audiverat, quod
manus eius contractaverant de verbo vita, parum
esse ducit, respectu afflensus quem fidei debemus.
Habemus, inquit, firmiores propheticum sermonem, 2. Pet. 1.
cui bene facitis attendentes, tanquam lucerne lu-
centi in caliginoso loco. Dives epulo instabat, ut re-
diens ad vivos, tormentorum luorum, quæ patie-
batur, demonstratione, fratribus suis consilium
mutande vitæ dare, ne venirent in locum crucia-
tum istorum, & quod audit responsum? Habent LUC. 16.
Moysen & Prophetas, audiant illos, & si Moysen &
Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis re-
surrexerit, credent.

Quid si videlices fratrem, aut amicum ab inferis
remanente intollerabilibus ardentiæ flamnis,
continuis ululantem gemitus, & maximis clau-
moribus omnia replentem, verbis, & tormentis
efficacissimè, que ibi sunt, emarrantem: maximu-
m proculdubio est vita in melius communande,
incentivum: sed majus est. Deo per Abraham di-
cente, firmiusque, quod loquitur Sacra Scriptura
cui, si vivam tu emendatione non praestes fidem,
multo minus eam homini resuscitato præstiteris
es. Vide igitur, quod cum majori certitudine ea,
quæ de inferno fides docet, credere debeat, quam
si propriis oculis cerneret animas flammis illis æ-
termis cruciati & concremati.

Fide homini ipsam DEI notitiam com-
municari. §. 2.

In ista indubitate infallibilitate fundatur vita-
citas, & exercitium fidei practicæ, de qua tracta-
mus, atque ideo alè in anima fundanda & ra-
dicanda est, certitudo, & firmitas ista, ut ad tam
sublimem pertingamus Dei, & divinorum rerum
cognitionem, quam ipse habeat DEUS, cum,
ut supra diximus, ipsa Dei sapientia nobis per fidei
habitum communicetur: unde S. Paulus fidem
sapientiam Dei nuncupavit, quod enim, verbi gra-
tia, ego de Deo, de SS. Trinitate, da gloria Beato-
rum, de mysterio Incarnationis, & Eucharistie,
&c. credo idem planè, & eadem cum DEO cog-
nitione cognosco.